



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo**

**Crombecius, Johannes**

**Mogvntiæ, 1614**

XL. Spem; quæ diffidentiam propriam complectitur, Deique nititur auxilio,  
difficillima quæque perrumpere; & maxime ardua non modo aggredi sed  
etiam ad felicem exitum perducere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

*Spem, quæ diffidentiam propriam completur, Deique nititur auxilio, difficillima, quæ que perrumpere; & maxime ardua modo aggredi, sed etiam ad felicitatem exitum perducere.*

236. **Q**Uæ cum ita sint; diffidentes nostris, de hominum ope ac potentia, de diuitiis diuturnaque ac potentiorum uore atque promissis, animos nostros in Deum leuemus, spei ancoram comprehendentes adeo firmiter adhærescamus, ut nulla huiusmodi bulenti maris procella nos auellat, aut fluctibus de constantia deiiciat. Hic vires nostre, robur & fortitudo. Audeo dicere, D. Paulus ait, diffidentem de se, Deoque erectum, non modo magna facturum, sed etiam omnipotentiam induere, & eum Deo nipote coeuntem, coalescentem, atque ad tantum, omnipotentem euadere.

Exprimunt id diuinæ Scripturæ: *Omnia sum in eo qui me confortat. Qui omnia se possedit, nihil excludit. Sed quæ scala hominem ad sublimem in Dei brachia deuehit? Spes. Non quid nescis, ait Isaias, aut non audisti? Deus semper Dominus, qui creauit terminos terræ, non deficiet, quæ laborabit: qui dat lasso virtutem, & his, qui sunt, fortitudinem & robur multiplicat.*

*Diffidentem de se, & in Deo confidentem, omnipotentem esse: quæ ratione.*

*Phil. 4.*

*Isa. 40.*

rari, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent:  
 qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinē,  
 sumunt pennas sicut aquila, current & non labora-  
 bunt, ambulabunt & non deficient. Quid clarius di-  
 citur? si enim quærimus quibus Deus vir-  
 tutem ac robur largiatur; Propheeta asseuerat iis  
 non dari, qui se robustos arbitratur, quales sunt  
 iuuenes, qui valent robore: iis vero largitur  
 Deus, qui lassi; qui sibi ita esse videntur, quasi nō  
 sint. cui D. Paulus p̄ne iisdem verbis responderet  
*Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ea* 1. Cor. 1.  
*que non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Viri ergo  
 qui sibi non videntur habere, sed vt lassi, exhausti,  
 clumbe, tabidi, ac plane maridi, tamquam ex-  
 sanguis pellicani, à matre sanguine ac vita refo-  
 cillari postulant atque gestiunt. *Qui sperant in*  
*Domino, mutabunt fortitudinem;* Dei enim fortitu-  
 dinem accipient, propria imbecillitate atque in-  
 opia abiecta: & qui ambulare non poterant, etiā  
 volabunt; & quidem, instar aquilæ, in præaltas  
 rupes abditissimæ scientiæ, solem ipsum intuē-  
 tes oculis minime palpitantibus. Et hæc quil-  
 em ad contemplationem spectant. Si ad pu-  
 gnā veniendum, si in arenam descendendum;  
 current infatigabiliter, vel hostem persequen-  
 tes, vel virtutem insequentes; imo sine labore,  
 quod valde mirum est, cum ante vix possent ser-  
 pere aut repere. In progressu virtutum etiā  
 ambulabunt constanter, adeoque & perseue-  
 ranter, vt numquam retrō respecturi sint, quia  
 nunquam in ambulatione deficient.

Quid hoc est, Deus bone? nonne hominem

R r r

omni-

omnipotentem reddere qui tibi innititur, & spes omnes suas in te coniecit? quis hostis cum aggredietur in terra, cum euolare possit ut aquila ad Solem vsque & è loco sublimi hostem opprimere, non sua quidem, sed tua virtute, qui pluere facis super peccatores laqueos, ignes, spiritus procellarum, partes calicis eorum.

*Psal. 10.  
Spei obie-  
cti seu offi-  
cia duo.*

1.

*Hostes de-  
lere, qui  
impediunt.*

2.

*Virtutes  
acquirere.  
Qui hostes.*

1.

2.

Duo namque potissimum spes negotiorum sibi proponit: alterum, ut hostes qui rationibus eius sese opponunt, & quantum possunt impediunt, aut omnino deleat, aut certe viribus vel debilitet, vel à se procul amoueat, ut ut ex pecunia seposita acceptoque talento faciat, ardua quæque pro Deo aggrediat, cum magno suo incommodo.

Hostes vero sunt, qui Ecclesiam Dei oppugnant, aut Rempublicam; item qui iustos trahunt atque affligunt virtutis odio: illam enim mali videre non possunt, nec eos qui illa præsentunt; quod ipsis sudes sint in oculis, ac reprehensionis acrioris loco esse censeantur: ideo, cum possunt, famæ eorum tenebras offundunt, ut eorum bona impetum faciunt, ad tribunalia rapiunt, mendaciis & calumniis onerantes; ipsi suis parcunt fratribus, modo, quod optasse quantur.

3.

Graue genus persecutionis hoc est; sed longe grauius, cum à bonis fieri contingit, aut certius iis qui boni esse putantur; & contingit persequi. Cum enim trahat sua quemque voluptas, cum que verum sit illud Pauli, *Omnes querunt quæ sunt*: facile ij prætextum accipiunt Dei seruati-

*Phil. 5.*

persequendi ac deprimendi, velo iustitiæ recti, harum rerum conseruandarum specie, cum tamen animo grauis odij ac vindictæ vulnere aut inimositatis dolore sauciati moueantur. Hi certe boni non sunt; sed quia putantur boni, eo grauius affligunt, quod iustitiæ ornamento conegantur. Displicuit Iudæorum simulata vestis hæc Christo Seruatori; qui, quod iusti esse putarentur, in iustitiæ suæ opinionem plebeculam minime oculatam, aliosq; maleuolos, facile pertraxerunt.

Sed & boni inuicem non raro affligunt sese, <sup>4.</sup> acerbum sane genus afflictionis) dum se verborum aculeis pungunt subinde, & sententiarum studiorumque diuersitate infirmos animos faudant. Diuersa deinde in rebus agendis probantisue iudicia diuersas sententias affectusque generant: qui non exiguam afflictionis anam sæpe suppeditant. Hæc etiam inter fideles Apostolorum tempore ceuebantur, & Apostoli in Epistolis suis studiose serpens malum curare conantur.

At deterrimum persecutionis genus est, cum ab amicis & domesticis, de quibus bene meritus fueris, calumniam pateris, ac persecutionem sustines: cum filia matrem, filius patrem, frater fratrem traducit ac persequitur; vt quis merito querit possit, *Filii matris mee pugnauerunt contra me.* Persecutio Saulis dura crudelisque Dauidi visa est; sed immanis filij propriij Absalom, & Achitophel consiliarij. Christus Dominus Gentilium barbariem, peccata, ac superstitionē

<sup>5.</sup>  
Persecutio-  
num dome-  
sticarum  
acerbitas.  
Cant. i.  
Exemplo  
Dauidis  
& Christi  
Domini.

R r r 2 tulit

*Zach. 12.**Zach. 13.*

tulit acerbe; sed longe acerbius ingrati dierunt  
Iudæorum, qui domestici illius cum essent  
ad Crucem usque persecuti sunt. In die illa (ait  
suum Prophetam) magnus erit plangens in Ierusalem:  
& dicitur ei: Quid sunt plage istae in medio  
num tuarum? & dicit: His plangens sum in domibus  
rum qui diligebant me. Plura non addidit, quod  
soli rei enuntiatio acerbissima sit, nec grauioribus  
ribus verbis indigeat ad indignitatem illius  
primendam.

Inter ea tamen quae benignissimum Dominum  
maxime vulnerarunt, fuit proprii dilectissimi  
inexplicabilis ingratitude, Dominum suum, amore  
pecuniae, iuratis inimicis post tot accepta  
beneficia venalem exponentis, prodentis, &  
tradentis; de quo sic conqueritur apud Davidem  
qui eius figuram praetulit: Si inimicus meus  
dixisset mihi, sustinuissem utique: & si is, qui odium  
super me magna locutus fuisset, abscondissem me  
tan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & mea  
meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, &  
Dei ambulauimus cum consensu. Qui Psalmus  
terram de coniuratione Achitophel cum Absalom  
intelligi videtur. Christus, ut veritas, suam  
ram merito vsurpauit, ex postulans de Iudaeis  
mestico & quasi consiliario suo: ostendens  
quantum domestici noceant, sic de iis loquitur  
quasi praeter illis alij aduersarij esse non censentur.  
*Matth. 18.* Inimici, ait, hominis, domestici eius. illi enim meos  
litus affligunt, & nocendi grauius potestatem  
habent ampliorem.

Hactenus hostes exteriores: quibus inimici

cacodæmon adiciendus est, cum turmis suis.  
 domesticos aduersarios nunc quisque nume-  
 ritimos nempe carnis impetus, naturæ de-  
 trauatæ propensiones indomitas, passiones ef-  
 fratas, consuetudinum pondus immensum, ad  
 ritium sectandum, virtutem calcandam, pertra-  
 hens. En, monstra hæc omnia obsistunt in via  
 que aditu terræ promissionis gigantes præter-  
 ra horrendi, qui omnino sternendi ante atque  
 profigandi, quam PERFECTIONEM assequa-  
 mur. Terra insuper promissionis ad bonam  
 messem coaptanda: seu ager cordis nostri exco-  
 lendus, & vepribus sentibusque euulsis per-  
 purgandus.

At pace plane restituta ac stabilita, ardua quæ- *Alterum*  
 dam exstruenda sunt: templum in primis Deo *spei officium,*  
 vero, palatia summo Regi, ipso inclyto Salomo *nempe ma-*  
 ne præcellentiori: omnia auro puro & obryzo *gna perfice-*  
 henda, tegenda, ornanda in circuitu. *re.*

Verum dicet aliquis; Magna profecto exigis; *Sperantiū*  
 cui ad ea tam ardua erit animus? Nulli certe qui *in Domino*  
 vires suas consideret; at vero Christi athleta *potentia.*  
 hæc omnia contemnit, horum omnium victo- *Psal. 17.*  
 riam spe deuorat; nulla adeo ardua ac difficilia  
 contuetur, quin maiora Dei causa aggredi actu-  
 perare desideret. Rex humilis & sanctus, *In te,*  
 ait, *eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar* *Exod. 32.*  
*murum.* Quid mirandum quod dicturus sum,  
 Præualerunt nonnulli contra Deum: nam o-  
 ratio Moysis Deo manus constrinxit, vt coactus  
 diceret, *Dimitto me, vt irascatur furor meus contra*  
*eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.*

*Exod 32.**Allegoria**Iacob.**Gen. 32.*

Iacob pugnañs contra Deum victor euasit, non tamen antequam neruus femoris tactus emicuiisset: tum ei Dominus, *Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praeualebis!* Israel quoque, id est, praeualens Deo, Dei athleta potentissimus euadit, vbi deprelli carnis superbia, ac libidine, tamquam femoris neruo, infirmitatem agnoscit; & Dei fortitudinem non sua, nixus, contra aduersa omnia intravit. Ut autem, huius argumenti quanta sit vis, cognoscamus, Celsi pueri diuinitus illustrati, nobisque in exemplum propositi, conceptante diuina virtute & subsidio spem ac certamen contemplemur. Fecit puer hic, coelesti nixu auxiliato, miranda; admiranda perfecit. Cum enim

*Apud Suetonium to. 1. in vita.*

*S. Iuliani.*

Præses Martianus S. Iulianum, post diuersa tormenta, catenis oneratum per ciuitatem decessu iussisset, clamante præcone; Sic merito plebs miratur, qui se Deorum ac Principum exhibentis temptores: venit tandem Iulianus ad vnum scholarum, in quibus Celsus puer, Martiani Præsidis filius vnicus, erudiebatur. Is ad populis tumultum (vt fit) cum è scholis cum condempnatis erupisset, coniectis in Iulianum oculis Rem, in clamat, stupèdam video: video, inquit illum Christianum, quem ducunt, cum cæcatorum caterua colloquentem; atque eius capiti imminentem coronam, felicitatis arbutum certissimam, auro gemmisque adeo fulgentem, vt splendor illius, solis radios vincere videtur. quin etiam tres viri, albescentibus comibus



arumque volatu in similitudinem aquilarum  
 sublimes, eius caput corpusque vniuersum con-  
 tegunt. Ille, ille Deus vetus omni honore cul-  
 tique dignissimus habendus est, qui suos ita  
 tuetur, tali que præsidio circumdat & protegit.  
 Hæc magister & condiscipuli audientes, blan-  
 deque corripientes, ab ea mente ipsum reuo-  
 care nitebantur: ille vero, libris ac vestibus, qui-  
 bus venuste erat indutus, abiectis, Nudum, in-  
 quit, me mater fudit in hunc mundum; quod  
 mundi est, mundo relinquo. Hæc dicens,  
 per plateas ciuitatis cursum arripuit; nec desti-  
 tit, donec se pedibus B. Iuliani sisteret: & pro-  
 stratus, Te, ait, Iuliane, secundæ natiuitatis,  
 quam mihi Christus ostendit, patrem agnosco;  
 Martianum vero, genitorem meum, vt verita-  
 tis inimicum despicio. Tota autem ciuitas con-  
 currebat, vt Præsidis filium vulnera martyris o-  
 sculantem videret. Illud vero admirandum ac-  
 cidit, quod qui, mandato Præsidis, puerum à  
 complexu Iuliani auellere niteretur, eius ma-  
 nus ac brachia contracta rigescerent: cumque  
 Præses pro tribunali Iulianum argueret, quod  
 malis artibus filios à parentum obseruantia at-  
 que amore abduceret; superuenit Celsi mater  
 cum copioso comitatu nobilium puellarum,  
 crine soluto, nudatisque vberibus, Celsum per  
 sacra omnia obtestans ne se perditum iret: ver-  
 baque cum matrè deficerent, Præses exclamauit  
 scissis vestibus: Crudelis Iuliane, intuere dolo-  
 res patris, matris mœrorem, planctumque tan-  
 tæ familiæ; & præstigiis, quib. in fontē fascinasti,

„ sublati, pristinae eum menti restitue, ego vobis  
 „ Imperatoribus suggeram ut illæsus abiretis.  
 „ Cui Iulianus: Nec intercessione vel suffragio  
 „ tuo egeo, nec dimitti cupio. En Celsus, qui ex  
 „ quidem natus est, sed & credendo mecum Deo  
 „ renatus, ipse tibi matricque respondeat. Sub  
 „ git Celsus: De sentibus nascuntur rosæ: atque  
 „ rosa, etsi orta de spinis, eximium tamen odorem  
 „ continet, quem numquam excludit; ita nec  
 „ tex, ex quo rosa nascitur, deserit aculeos. Vos  
 „ ergo aculeati frutices, ut contueiitis, pungite  
 „ ut bonum odorem ego Christi rosam mortali  
 „ effundam, perficite. Vobis obediant, qui  
 „ parati sunt: me sequantur, qui de tenebris ad  
 „ lucem venire contendunt. Ego præ Christo  
 „ patre, parentes minime agnosco. Crudelissimus  
 „ est, qui in hac causa parentibus pius est. Solus  
 „ pietas, Dei causa patribus esse crudelem. Quo  
 „ moraris, pater? imitare Abrahamum, a patre  
 „ de gladium, & victimam filium offer. Vanitas  
 „ vultus vestri, falsa lacryma, nemo me à veritate  
 „ confessione disiunger. Denique ambobus  
 „ Celsi mater) pari constantia, qua Præfatis be  
 „ dimenta repudiarant, mortem sustinuerant.  
 „ coronam quam Celsus præuiderat, certissimi  
 „ laborum & certaminis præmium, consec  
 „ runt.  
 „ Idem sane modo Deus est noster, qui Iulianus  
 „ fuit, ac Celsi; promissiones suas minime muta  
 „ uit, aut paterna viscera. Idem præmium man  
 „ certantes, idem subsidium, si modo generosos  
 „ eius pugiles, imo ducem ipsum imitari sequi  
 „

Genes.

non pigeat. Si quis mihi ministrat, ait Saluator, me <sup>Ioan. 12.</sup>  
sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si  
quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.

## CAP. XLI.

*Cum spei virtute hominem quandam omni-  
potentiam induere.*

237. **N**emini mirum videri debet, homi- <sup>1. Speranti-</sup>  
nem qui sibi diffidit, Deoque nititur, <sup>bus omni-</sup>  
quandam omnipotentiam induere, cum Deus <sup>potentia</sup>  
ipse quodammodo ad hoc verbis se obstringere <sup>promitti-</sup>  
voluerit, atque in primis orantibus, & à se quid <sup>tur.</sup>  
petentibus; ita enim per Isaiam ait: <sup>I.</sup> *Erit* <sup>Ex vi ora-</sup>  
*antequam clament, ego exaudiam; adhuc illis loquen-* <sup>tionis.</sup>  
*tibus, ego audiam.* At luculentiori testimonio <sup>Isa 65.</sup>  
Re- <sup>Psal. 144.</sup>  
gius Psaltes hoc ipsum denuntiat. *Voluntatem,*  
*inquit, timentium se faciet, & deprecationem eorum*  
*exaudiet, & saluos faciet eos. Quid est hoc, Domi-*  
*ne? ergone rerum obtinendarum mensuram*  
*voluntatem nostram constitutis? Omnino.*  
*Quid, si cupiam in meipso superbiam obterere*  
*indomitos iracundiæ motus in perpetuum se-*  
*date, rebelles corporis affectiones fenare, a-*  
*uaritiæ cupiditates conuellere, composne vo-*  
*torum euadam? Si velis, omnino. Si castus de-*  
*inde, si humilis, si sobrius, si misericors, si patiens*  
*esse voluero? Si modo velis, pete: Deus depre-*  
*cationem tuam exaudiet; ait enim insuper*  
*Dominus: Si manseritis in me, & verba mea in vobis* <sup>Ioan. 15.</sup>  
*manserint; quodcumq; volueritis, petetis, & fiet vobis.*

Rrr 5 Quid